



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Venatio, piscatio, & aucupium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

VENATIO, PISCATIO  
& Aucupium.

QUI iniuste prohibuit venationem, piscationem, vel aucupium, peccat, & tenetur restituere lucrum, quod verisimiliter impediuit. Quinque autem conditiones requiruntur, vt quis iuste possit prohibere. c. 17. n. 120. Quas vide in hoc comp. Restitutio 11. §. De impediante bonum alienum.

Vtrum verò huiusmodi lex obliget ad mort. vide tit. lex. I.

Non licet occidere, vel mutilare venantes in locis prohibitis, saltem pro prima vice. num. 121.

Iuratus, vel fide adstrictus custos venationis, vel piscationis prohibita, peccat si non fideliter seruat, nisi sciret contra facientes fecisse tali necessitate compulsos, quæ eos à peccato excuset, vel esse consanguineos aut amicos Domini, ita vt credat Domino gratum futurum. num. 122. 123.

De custode abscondente se vt ingredientibus corripiat ad maiorem cautelam. vide Custos.

Iuste prohibentur venationes certarum ferarum certis temporibus, & ne talibus artibus

DDd bus

bus venandi quis utatur: qui tamen contra tales prohibitiones venantur, non tenentur quod venati sunt restituere, nisi post iudicis condemnationem. c. 17. num. 124.

Qui profectus ad venandum, permittit quod sui canes noceant alienis auiibus domesticis, ut gallinis, anatibus, & similibus, vel quod equi & famuli notabile detrimentum inferant prædiis, aut saxis, per quæ trāseunt, tenetur restituere. num. 125.

Magnates, qui prohibent, ne ferae palantes, quæ non sunt inclusæ, occidantur à Dominis prædiorum, quibus nocent, peccant, quamuis habeant propositum restituendi: & quamuis de facto restituant, quia dānificant rem proximi ipso invito. Ibid.

Qui includit animalia aliena domestica etiam fugitiva, ut accipiat eorum lanam, vel oua, tenetur restituere. Idem de accipiente aues, vel animalia, quæ abeunt, & redeunt, si id faciant, priusquā amiserint redeundi consuetudinem, quam amisisse videntur cum ad horas & dies consuetos bis desinunt redire. c. 17. n. 128.

Apes vel examina antequam in alueariis includantur, & alienæ aues ex alienis arboribus acceptæ, sunt accipientis. n. 129.

Fera, vel auis capta in alieno laqueo, fit inuenientis & accipientis: nisi contraria vi-  
geat

geat consuetudo. num. 176.

Qui in locis vetitis venantur, vel piscantur, vel ligna cadunt, aut prata depascunt, solam legem humanam, vel Ecclesiasticam, vel saecularem poenalem, vel non poenalem, violant: unde sicut importantes vetita non peccant mort. sic etiam dicendum est de his. c. 23. n. 59. & 60.

De Societate facta cum nautis ad piscandum, vide tit. Societas.

VEEXATIONEM alienam redimere vel propriam licitum est. cap. 12. num. 14. Dummodo vexatio sit iniusta. cap. 17. numer. 237.

VIDVA realiter fornicata, non potest retinere bona sibi à marito relicta ea conditione, vt castè viuat. cap. 23. num. 62. & ca. 25. n. 65. Secus si relicta fuerunt ei ea conditione vt non nuberet. Atque idem est de marito. c. 25. num. 65.

VINDICTA, peccat qui propria auctoritate vlciscitur iniurias, quamuis non possit vlcisci per ministros Iustitiæ. c. 14. n. 114.

Poterit tamen vulneratus persequi fugientem percussorem, & percutere, quantum ad sui honoris defensionem fuerit necessarium: quando si id non faceret, magnam pateretur iniuriam, & sui honoris iacturam. cap. 15. num. 3.